



# INSTITUTIONUM MEDICINÆ LIBER QUARTUS.

## P A R S I.

De Rebus ad Sanitatem tuendam necessariis.

### C A P U T I.

*Quæ ad Doctrinam de Sanitate tuenda pertineant: Et quotnam  
sint caussarum ad sanitatem tuendam necessa-  
riarum genera.*

**T**Res Medicinæ partes, quæ ad eas, quæ Medicinæ propriæ sunt, ipsiusq; finem, qui est sanitas, proximè & propriè concernunt, viam quasi præparant, hactenus pro instituti nostri ratione explicavimus: Nunc ergo ad illas principes, puta *γιεινὴν* & *θεραπευτικὴν*, accedimus. Et quidam ab *γιεινῇ* exordiri placet; doctrina longè utilissima. Etsi enim hodie in hac morū corruptione à plerisq; Ars hæc negligatur, & quanta sit sanitatis dignitas, homines vix agnoscant, antequam in morbos inciderunt, & tum deniq; sua bona intelligent, cum, quæ in

*Methodi tuende sanitatis utilitas.*

potestate habuerunt, amiserunt: tamen viri prudentis est, potius cum aliqua cura præstantissimum sanitatis thesaurum custodire, quam perditum atq; amisum magno periculo & labore requireres, præstatque morbum non admittere, quam admissum expellere. Quapropter Medici etiam est hanc Artis partem diligenter cognoscere, eiisque non minorem curram, quam *θεραπευτικὴν*, impendere.

Duobus autem membris com- *Doctrina de tuen-*  
modissimè hæc doctrina com- *da sanita-*  
prehendi potest. Primò enim ea- *tate quæ compre-*  
rum rerum, quæ materia qua- *bendat.*

¶uuu 2 salu-